deputant quam honori. Antra nobis duplicem
usum prestant tegumentum in vita et in morte
sepulturam. Regem habemus non pro iustitia
sed pro nobilitate servanda. que enim locum
habet vindicta ubi nulla fit iniuria.
Hiis vero moribus Allexander eos in
pace dimisit.

Didimi regis Bragmanorum epistola ad Allexandrum.

[...]t uideri p[...]tegenda
[...] laudando aliquem

Nos Bragmanorum puram et simplicem
vitam vivimus. nullis vero capimur
illecebris. nichil amplius appetimus quam
ratio nature flagitat. facilis nobis
alimonia non quam luxurie sagacitas
per omnia elementa requirit. sed quam
tellus inviolata ferro produxit. mensas
epulis onerare nescimus. Hinc est
quod mala genera morborum et nomina nescimus non
sed ~~diutina~~ salute perfruimur. Opem non
petimus alter ab altero. ubi virtus inter
pares locum non perdit ubi nullus superior
est. Omnes divites sunt paupertatis equalitate.
Iudicia non habemus quia corrigenda
non facimus. leges nullas tenemus quia
apud nos cuncta proferunt. laborem qui
mittit avaritiam non exercemus. Venerem
turpe devitamus. membra ad libidinem
ad debilitandum non tradimus. Omnia
possidemus quia nichil cupimus. Est
enim ferocissima pestis cupiditas que

Diutina

de Cupiditate